



The Holy See

IOANNES PAULUS PP. II LITTERAE APOSTOLICAE DEI GENETRIX MARIA IMAGO BEATAE MARIAE VIRGINIS SUB TITULO «PORTA MISERICORDIAE»,

QUAE IN TEMPLO TRANSFIGURATIONIS DOMINI IAROSLAVIAE COLITUR,

PRETIOSO DIADEMATE REDIMITUR Ad perpetuam rei memoriam. – Dei Genetrix Maria «ea quidem est quae divinae

misericae interius percipit mysterium» (*Dives in misericordia*, 9); hac sane significatione eam iure vocitamus Portam

Misericae, quae toti generi humano aperit thesaurum divinae miserationis. Et merito a multis saeculis populus fidelis

ad eam peregrinatur, humiliter implorans Virginis potentis intercessionem apud divinum Salvatorem. Igitur,

Excellentissimo Domino Ioanni Martyniak, Episcopo Premisliensi ritus Byzantini Ucraini, qui litteris die XXVIII mensis

Novembris superiore anno datis communia vota cleri et Christifidelium exprompsit, concedimus libentes ut pulchram

valde multisque gratiis praeclaram imaginem Beatae Mariae Virginis sub titulo «Porta Misericae» quae in templo

Transfigurationis Domini urbis Iaroslaviae pie colitur, Nostro nomine et auctoritate pretioso diademate redimere possit.

Contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XI*

mensis Octobris, Beatae Mariae Virginis Matris Ecclesiae recurrente memoria, anno MCMXCV, Pontificatus Nostri

septimo decimo. ANGELUS card. SODANO

Secretarius Status © Copyright 1995 - Libreria Editrice Vaticana

©Copyright - Libreria Editrice Vaticana